

Inhalt

Die treue Ehegattin Arria (Plinius, epist. 3,16)	S.1
Sorge um die Gesundheit eines Freundes (Plinius, epist. 5,19)	S.3
GEMEINSAMER SELBSTMORD WEGEN EINER UNHEILBAREN KRANKHEIT (Plinius, epist. 6,24)	S.4
LÄRM MACHT KRANK!! (SENECA, epist. 56, 1-2; 4-5)	S.5
De ebrietate (Seneca, ep. 83,17-26.)	S.7
GESUNDE WASSERLEITUNGEN Blei entkräftet den Menschen (Vitruv, De architectura 8,6,10-11)	S.9
Die Medizin im Dienste des Lebens (Celsus, de medicina 1)	S.10
Die Eigenschaften eines Chirurgen (Celsus, de medicina 2)	S.10
Die inneren Teile eines Menschen (Celsus de medicina 3-4)	S.10
Verhaltensmaßregeln für den Gesunden (Celsus de medicina 5)	S.11
Über die Symptome bevorstehender Erkrankung (Celsus de medicina 6)	S.11
Über die Epilepsie (Celsus de medicina 7)	S.11
Die Lehre von den vier Körpersäften (Isid.) 8.....	S.12
Über das Herz De corde ac organis ipsius functioni subministrantibus Andreas Vesalius, de humani corporis fabrica librorum epitome 4	S.12

Der Puls

(Celsus de medicina III,6,5) S.12

Nächtliche Herzverpflanzung

Apuleius, Metamorphosen I, 11-14 S.13

Über das Gedächtnis

Augustinus, Confessiones X ,8 S.14

Kopfschmerzen

Celsus de medicina I,4 S.15

Angina

Celsus de medicina IV, 7 S.16

Verhaltensmaßregeln für Schwächliche

(Celsus, de medicina I,2) S.16

William Harvey, De motu cordis et sanguinis circulatione S.17

Jugend und Alkohol

Aeneas Silvius Piccolomini (1404-1464) S.19

Plinius der Ältere über Bier und Wein

NH 14, 149 S.20

NH 14, 89-91 S.21

Weinskandal und Pantscherei

NH 23, 33f u. 40 S.21

Die treue Ehegattin Arria

(Plinius, epist. 3,16)

C. PLINIUS NEPOTI SUO S.

(1) Adnotasse videor facta dictaque virorum feminarumque alia clariora esse alia maiora. (2) Confirmata est opinio mea hesterno Fanniae sermone. Neptis haec Arriae illius, quae marito et solacium mortis et exemplum fuit. Multa referebat aviae suae non minora hoc sed obscuriora; quae tibi existimo tam mirabilia legenti fore, quam mihi audienti fuerunt.

(3) Aegrotabat Caecina Paetus maritus eius, aegrotabat et filius, uterque mortifere, ut videbatur. Filius decessit eximia pulchritudine, pari verecundia, et parentibus non minus ob alia carus quam quod filius erat. (4) Huic illa ita funus paravit, ita duxit exsequias, ut ignoraret maritus; quin immo quotiens cubiculum eius intraret, vivere filium atque etiam commodiorem esse simulabat, ac persaepe interroganti, quid ageret puer, respondebat; 'Bene quievit, libenter cibum sumpsit.' (5) Deinde, cum diu cohibitae lacrimae vincerent prorumperentque, egrediebatur; tunc se dolori dabat; satiata siccis oculis composito vultu redibat, tamquam orbitatem foris reliquisset.

(6) Praeclarum quidem illud eiusdem, ferrum stringere, perfodere pectus, extrahere pugionem, porrigere marito, addere vocem immortalem ac paene divinam: 'Paete, non dolet.' Sed tamen ista facienti, ista dicenti gloria et aeternitas ante oculos erant; quo maius est sine praemio aeternitatis, sine praemio gloriae abdere lacrimas, operire luctum, amissoque filio matrem adhuc agere.

(7) Scribonianus arma in Illyrico contra Claudium moverat; fuerat Paetus in partibus, et occiso Scriboniano Romam trahebatur. (8) Erat ascensurus navem; Arria milites orabat, ut simul imponeretur. 'Nempe enim' inquit 'daturi estis consulari viro servolos aliquos, quorum e manu cibum capiat, a quibus vestiatur, a quibus calcietur; omnia sola praestabo.' (9) Non impetravit: conduxit piscatoriam naviculam, ingensque navigium minimo secuta est.

adnoto, -as, -are, -avi, -atum = eine Bemerkung machen (adnotasse = adnotavisse)

sermo, -onis m = Gespräch

neptis, -is f = Enkelin

Arria = Sie war die Frau des **Caecina**

Paetus, der sich im Jahre 42 einem Aufstand gegen Kaiser Claudius angeschlossen hatte und nach dessen Misslingen Selbstmord verübte. Sie war mit ihrem Mann in den Tod gegangen. cf. Plin., epist. 6,24.

multa aviae suae referebat = Vieles erzählte sie (Fannia) über ihre Großmutter **mortiferus** 3 = totbringend; hier etwa: lebensgefährlich (krank sein)

verecundia, -ae f = Gefühl für Anstand
alia = neutr. pl.

exsequias ducere = das Leichenbegängnis abhalten

quin immo = ja sogar

cohibeo, -es, -ere, -ui, -itum = zurückhalten

satiata = hier: ausgeweint

orbitas, -tatis f = hier: Bürde ihres Verlustes

foris = vor der Tür

illud (factum) eiusdem = diese ihre Tat

perfodio, -is, -ere, -fodi, -fossus = durchbohren

pugio, -onis m = Dolch

quo = umso

operio, -is, -ire, -erui, -ertum = bedecken, verstecken

Scrobonianus = Statthalter von Illyrien; er hatte sich im Jahre 42 gegen Kaiser Claudius erhoben. Nach der Niederschlagung dieses Aufstandes wurden seine Mitwisser und Verbündeten verfolgt.

in partibus = auf der Seite des Scribonianus

impono, -is, -ere, -posui, -positum = hier: einschiffen

nempe = denn ... doch

calcio, -as, -are, -avi, -atum = mit Schuhen bekleiden

praesto, -as, -are, -avi + Akk. = etwas leisten

impetro, -as, -are, -avi, -atum = sich durchsetzen

conduco, -is, -ere, -dixi, -ductum = mieten

piscatoria navicula = Fischerboot

Eadem apud Claudium uxori Scriboniani, cum illa profiteretur indicium, 'Ego' inquit 'te audiam, cuius in gremio Scribonianus occisus est, et vivis?' Ex quo manifestum est ei consilium pulcherrimae mortis non subitum fuisse.

(10) Quin etiam, cum Thrasea gener eius deprecaretur, ne mori pergeret, interque alia dixisset: 'Vis ergo filiam tuam, si mihi pereundum fuerit, mori mecum?', respondit: 'Si tam diu tantaque concordia vixerit tecum quam ego cum Paeto, volo.'

(11) Auxerat hoc responso curam suorum; attentius custodiebatur; sensit et 'Nihil agitis' inquit; 'potestis enim efficere, ut male moriar; ut non moriar, non potestis.' (12) Dum haec dicit, exsiluit cathedra adversoque parieti caput ingenti impetu impegit et corrui. Focilata 'Dixeram' inquit 'vobis inventuram me quamlibet duram ad mortem viam, si vos facilem negassetis.'

(13) Videntur haec tibi maiora illo 'Paete, non dolet', ad quod per haec perventum est? Cum interim illud quidem ingens fama, haec nulla circumfert. Unde colligitur, quod initio dixi, alia esse clariora alia maiora.

Vale.

indiciu[m] profiteri = ein Geständnis ablegen

ei ... non subitum fuisse = ihr nicht spontan einfiel

quin etiam = ja sogar

mori pergere = auf dem Beschluss zum Selbstmord beharren

exsilio, -is, -ire, -ui + Abl. = aufspringen von **cathedra**, -ae f = Sessel

adverso parieti = gegen die Wand

impingo, -is, -ere, -pegi, -pactus + Dat. = schlagen gegen

corrui, -is, -ere, -ui = zusammenbrechen

focilata = als sie wiederbelebt worden war **negassetis** = negavissetis; **negare** hier: verwehren

illo = Abl. comparationis

illud ... fama ... circumfert = das trägt der Ruhm herum = *etwa*: das ist bei allen berühmt

Sorge um die Gesundheit eines Freundes

(Plinius, epist. 5,19)

C. PLINIUS VALERIO PAULINO SUO S.

(1) Video quam molliter tuos habeas; quo simplicius tibi confitebor, qua indulgentia meos tractem. (2) Est mihi semper in animo et Homericum illud πατηρ δ' ὡς ἡπιος ἦεν et hoc nostrum 'pater familiae'.

Quodsi essem natura asperior et durior, frangeret me tamen infirmitas liberti mei Zosimi, cui tanto maior humanitas exhibenda est, quanto nunc illa magis eget.

(3) Homo probus officiosus litteratus; et ars quidem eius et quasi inscriptio comoedus, in qua plurimum facit. Nam pronuntiat acriter sapienter apte decenter etiam; utitur et cithara perite, ultra quam comoedo necesse est. Idem tam commode orationes et historias et carmina legit, ut hoc solum didicisse videatur. (4) Haec tibi sedulo exposui, quo magis scires, quam multa unus mihi et quam iucunda ministeria praestaret. Accedit longa iam caritas hominis, quam ipsa pericula auxerunt.

(5) Est enim ita natura comparatum, ut nihil aequè amorem incitet et accendat quam carendi metus; quem ego pro hoc non semel patior. (6) Nam ante aliquot annos, dum intente instanterque pronuntiat, sanguinem reiecit atque ob hoc in Aegyptum missus a me post longam peregrinationem confirmatus rediit nuper; deinde dum per continuos dies nimis imperat voci, veteris infirmitatis tussicula admonitus rursus sanguinem reddidit.

(7) Qua ex causa destinavi eum mittere in praedia tua, quae Foro Iulii possides. Audivi enim te saepe referentem esse ibi et aera salubrem et lac eiusmodi curationibus accommodatissimum.

(8) Rogo ergo scribas tuis, ut illi villa, ut domus pateat, offerant etiam sumptibus eius, si quid opus erit. (9) Erit autem opus modico; est enim tam parvus et continens, ut non solum delicias verum etiam necessitates valetudinis frugalitate restringat. Ego proficiscenti tantum viatici dabo, quantum sufficiat eunti in tua.

Vale.

habeo, -es, -ere, -ui, -itum + *Akk.* = hier: umgehen mit
quo = um so
Homericum ... = jenes Homerzitat "er war milde wie ein Vater" (*Odyssee* 2,47)

quodsi = wenn aber
natura (Abl.) = von Natur aus
cui = dem gegenüber
tanto ... quanto = umso ... je
exhibeo, -es, -ere, -ui, -itum = hier: erweisen

(Zosimus est) **homo ...**
ars, -tis f = hier: Beruf
inscriptio, -onis f = hier: sein Markenzeichen
in qua > **inscriptio**
plurimum facit = er leistet viel

ultra quam = mehr als

quo = damit dadurch
multa ... ordne: quam multa (et) quam iucunda ministeria unus mihi praestaret.

natura (Abl.) = von Natur aus
comparatum = *Subjekt: es*
carendi metus = Angst vor dem Verlust

sanguinem reicere = Blut husten
confirmatus 3 = wieder bei Kräften

tussicula, -ae f = Husteln
sanguinem reddere = sanguinem reicere

Forum Iulii = Frejus (heute Frankreich; an der Cote d'Azur)

rogo ... scribas = rogo, *ut scribas*
offerant = *Objekt dazu ist der Satz* si quid opus erit

opus esse + Abl. = es ist nötig

viaticum, -i n = Reisegeld
sufficiat, -is, -ere, -feci, -fectum = ausreichen
tua (praedia)

GEMEINSAMER SELBSTMORD WEGEN EINER UNHEILBAREN KRANKHEIT

(Plinius, epist. 6,24)

C. PLINIUS MACRO SUO S.

(1) Quam multum interest; quid a quoque fiat! Eadem enim facta claritate vel obscuritate facientium aut tolluntur altissime aut humillime deprimuntur.

(2) Navigabam per Larium nostrum, cum senior amicus ostendit mihi villam, atque etiam cubiculum, quod in lacum prominet: 'Ex hoc' inquit 'aliquando municeps nostra cum marito se praecipitavit.' (3) Causam requisivi. Maritus ex diutino morbo circa velanda corporis ulceribus putrescebat. Uxor, ut inspiceret, exegit; neque enim quemquam fidelius indicaturum, possetne sanari. (4) Vidit, desperavit, hortata est, ut moreretur, comesque ipsa mortis, dux immo et exemplum et necessitas fuit; nam se cum marito ligavit abiecitque in lacum.

(5) Quod factum ne mihi quidem, qui municeps, nisi proxime auditum est, non quia minus illo clarissimo Arriae facta, sed quia minor ipsa. Vale.

quam multum interest = wie großen Unterschied macht es

quid a quoque fiat = was von wem getan wird; *besser*: was wer tut

Larium = Lariner See (*heute: Comer See; Plinius hatte um diesen See mehrere Landgüter.*)

promineo, -es, -ere, -ui = hinausragen

municeps, -cipis *hier f* = Bürgerin

praecipito, -as, -are, -avi, -atum = hinabstürzen

ex = *hier*: nach

velanda corporis = Schamgegend

ulcus, -eris n = Geschwür

putresco, -is, -ere = *hier*: leiden

exigo, -is, -ere, -egi, -actum = drängen zu etwas

neque ... = Satz in der indirekten Rede; *ordne: (uxor dixit enim) neque quemquam ...*: ÜS: (Sie sagte nämlich, dass) niemand ehrlicher sagen werde, ob ... *besser*: Niemand nämlich werde ehrlicher sagen, ob ...

ne mihi quidem ... nisi proxime = sogar auch mir erst kürzlich

Arria = *Sie war die Frau des Caecina Paetus, der sich im Jahre 42 einem Aufstand gegen Kaiser Claudius angeschlossen hatte und nach dessen Misslingen Selbstmord verübte. Sie war mit ihrem Mann in den Tod gegangen. cf. Plin., epist. 3, 16.*

minor (est illa municeps) ipsa (Arria [= Abl. comp.]

LÄRM MACHT KRANK!!

(SENECA, epist. 56, 1-2; 4-5)

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM

[1] Peream, si est tam necessarium quam videtur silentium in studia seposito. Ecce undique me varius clamor circumsonat: supra ipsum balneum habito. Propone nunc tibi omnia genera vocum, quae in odium possunt aures adducere: cum fortiores exercentur et manus plumbo graves iactant, cum aut laborant aut laborantem imitantur, gemitus audio; quotiens retentum spiritum remiserunt, sibilos et acerbissimas respirationes; cum in aliquem inertem et hac plebeia unctione contentum incidi, audio crepitum illisae manus umeris, quae prout plana pervenit aut concava, ita sonum mutat. Si vero pilicrepus supervenit et numerare coepit pilas, actum est.

peream = ich möchte zugrunde gehen
sepono, -is, -ere, -posui, -positum = sich widmen, sich vertiefen
supra ipsum = unmittelbar über
balneum, -i n = Badeanstalt
vox, -cis f = Geräusch
in odium aures adducere = Hass auf die Ohren verursachen
fortiores (viri)
exerceo, -es, -ere, -ui, -itus = med.: (sich) trainieren
plumbum, -i n = hier: Hantel
iacto, -as, -are = schwingen
retentus spiritus = angehaltene Atem
remitto, -is, -ere, -misi, -missum = auslassen
respiratio, -onis f = Keuchen
respirationes (audio)
plebeia unctio = einfache Massage
in ... incidere = geraten an (**incido**, -is, -ere, -cidi [cado])
quae prout = je nachdem diese (Hand)
pilicrepus, -i m = Ballspieler
supervenio, -is, -ire, -veni = dazukommen
actum est = es ist ganz vorbei

[2] Adice nunc scordalum et furem deprensum et illum, cui vox sua in balneo placet; adice nunc eos, qui in piscinam cum ingenti impulsae aquae sono saliunt. Praeter istos, quorum, si nihil aliud, rectae voces sunt, alipilum cogita tenuem et stridulam vocem, quo sit notabilior, subinde exprimentem nec umquam tacentem, nisi dum vellit alas et alium pro se clamare cogit; iam biberari varias exclamationes et botularium et crustularium et omnes popinarum institores mercem sua quadam et insignita modulatione vendentis.

scordalus, -i m = Streithansel
fur, -is m = Dieb
deprendo, -is, -ere, -prensi, -presum = ergreifen
rectus 3 = hier: laut
alipilus, -i m = Sklave, der Haare auszupft
stridulus 3 = schrill
notabilis, -e = bekannt (bei potentiellen Kunden)
subinde exprimere = immer wieder laut werden lassen
nisi dum = außer dann, wenn er
vellere alas = Achseln auszupfen
biberarius, -i m = Limonadeverkäufer
botularius, -i m = Wurstmacher
crustularius, -i m = Zuckerbäcker
popina, -ae f = Beisel
institor popinae = Wirt
modulatio, -onis f = Geschrei

[3] 'O te' inquis 'ferreum aut surdum, cui mens inter tot clamores tam varios, tam dissonos constat, cum Chrysippum nostrum assidua salutatio perducatur ad mortem.' At mehercules ego istum fremitum non magis curo quam fluctum aut deiectum aquae, quamvis audiam cuidam genti hanc unam fuisse

o te ... = Akk. des Ausrufs: "Oh du ..."
consto, -as, -are = hier: (bestehen) bleiben
cum = cum adversativum

deiectum aquae = (Rauschen des) Wasserfall(s)
quamvis + Konj. = obwohl

causam urbem suam transferendi, quod fragorem Nili cadentis ferre non potuit. [4] Magis mihi videtur vox avocare quam crepitus; illa enim animum adducit, hic tantum aures implet ac verberat. In his, quae me sine avocatione circumstrepunt, essedas transcurrentes pono et fabrum inquilinum et serrarium vicinum, aut hunc, qui ad Metam Sudantem tubulas experitur et tibias nec cantat sed exclamat: [5] etiam nunc molestior est mihi sonus, qui intermittitur subinde, quam qui continuatur.

avoco, -as, -are, -avi, -atum = hier: ablenken

avocatio, -onis f = Ablenkung

essedas, -ae f = Reisewagen

transcurro, -is, -ere, -curri, -cursum = vorbeifahren

pono, -is, -ere, posui, positum = hier: rechnen zu

inquilinus 3 = im Haus eingemietet

serrarius, -i m = Tischler (eig.: Sägender; cf. serra = Säge)

Meta Sudans = *Brunnen im Bereich des Kolosseums*

tubulam experiri = auf der kleinen Trompete üben

tibia, -ae f = Flöte

intermitto, -is, -ere, -misi, -missum = unterbrechen

subinde = immer wieder einmal

De ebrietate

(Seneca, ep. 83,17-26.)

Quanto satius est aperte accusare ebrietatem et vitia eius exponere, quae etiam tolerabilis homo vitaverit, nedum perfectus ac sapiens, cui satis est sitim extinguere, qui, etiamsi quando hortata est hilaritas aliena causa producta longius, tamen citra ebrietatem resistit. [18] Nam de illo videbimus, an sapientis animus nimio vino turbetur et faciat ebrii solita: interim, si hoc colligere vis virum bonum non debere ebrium fieri, cur sylogismis agis? Dic, quam turpe sit plus sibi ingerere quam (stomachus) capiat et stomachi sui non nosse mensuram, quam multa ebrii faciant, quibus sobrii erubescant, nihil aliud esse ebrietatem quam voluntariam insaniam. Extende in plures dies illum ebrii habitum: numquid de furore dubitabis? nunc quoque non est minor sed brevior.

[19] Refer Alexandri Macedonis exemplum, qui Clitum carissimum sibi ac fidelissimum inter epulas transfodit et intellecto facinore mori voluit, certe debuit. Omne vitium ebrietas et incendit et detegit, obstantem malis conatibus verecundiam removet; plures enim pudore peccandi quam bona voluntate prohibitis abstinere.

[20] Ubi possedit animum nimia vis vini, quidquid mali latebat, emergit. Non facit ebrietas vitia sed protrahit: tunc libidosus ne cubiculum quidem expectat, sed cupiditatibus suis quantum petiverunt sine dilatione permittit; tunc inpudicus morbum profitetur ac publicat; tunc petulans non linguam, non manum continet. Crescit insolenti superbia, crudelitas saevo, malignitas livido; omne vitium laxatur et prodit.

[21] Adice illam ignorationem sui, dubia et parum explanata verba, incertos oculos, gradum errantem, vertiginem capitis, tecta ipsa mobilia velut aliquo turbine circumagente totam domum, stomachi tormenta, cum effervescit merum ac viscera ipsa distendit. Tunc tamen utcumque tolerabile est, dum illi vis sua est: quid cum somno vitatur et, quae ebrietas fuit, cruditas facta est?

[22] Cogita, quas clades ediderit publica ebrietas: haec acerrimas gentes bellicosasque hostibus tradidit, haec multorum annorum pertinaci bello defensa moenia patefecit, haec contumacissimos et iugum recusantes in alienum egit arbitrium, haec invictos acie mero domuit.

quanto satius = wie viel besser

nedum = geschweige denn

hilaritas ... producta longius = eine aus irgendeinem Grund länger hinausgezogene Gesellschaft

citra ebrietatem resistit = er hört auf, bevor er betrunken ist

de illo = darüber

ebrii solita (n.Pl.) = was bei Betrunkenen üblich ist

colligo, -is, -ere = zum Ergebniss kommen + Acl

sylogismis agere = mit (komplizierten) logischen Schlüssen herumtun (=sich aufhalten)

dic = sag dir immer (= halte dir vor Augen) + 2 ind.FS (*quam*) + Acl (*nihil aliud esse*)

erubesco, -is, -ere, -bui + Abl. = sich schämen über

extendo, -is, -ere, -tendi, -tensus = ausdehnen

refer exemplum = halte dir das Beispiel vor Augen

Clitus, -i m = *Clitus, Freund des Alexander; er wurde von Alexander nach der Eroberung von Sogdiana und Baktria (Iran) im Rausch getötet.*

transfodio, -is, -ere, -fodi, -fossus = erstechen

certe debuit = jedenfalls hätte (sterben) müssen

prohibitis (subst.n.Pl.) = von Verbotenem

libidosus ... inpudicus ... petulans ...

insolenti saevo livido =

substantivisch gebraucht!

dilatatio, -onis f = Aufschub

lividus 3 = neidisch

laxatur = wird losgelassen

adice = füge hinzu, denke auch noch an

ignoratio sui = fehlende Selbsteinschätzung, Selbstüberschätzung
parum explanata verba = nur gelallte Wörter

vertigo, -inis f = Schwindel

effervesco, -is, -ere = aufwallen

Subjekt zu effervescit und distendit ist merum!

dum illi vis sua est = solange er (= der Betrunkene) (noch) seine eigene Kraft hat
cum somno vitatur = wenn (er) im Schlaf schwach wird

cruditas, -tatis f = Übelkeit, Erbrechen

publica ebrietas = zum allgemeinen Laster gewordene Trunksucht

in alienum arbitrium agere = unter fremde Herrschaft bringen

[23] Alexandrum, cuius modo feci mentionem, tot itinera, tot proelia, tot hiemes, per quas victa temporum locorumque difficultate transierat, tot flumina ex ignoto cadentia, tot maria tutum dimiserunt: intemperantia bibendi et ille Herculaneus ac fatalis scyphus condidit. [24] Quae gloria est capere multum? Cum penes te palma fuerit et propinationes tuas strati somno ac vomitantes recusaverint, cum superstes toti convivio fueris, cum omnes viceris virtute magnifica et nemo vini tam capax fuerit, vinceris a dolio.

[25] M. Antonium, magnum virum et ingenii nobilis, quae alia res perdidit et in externos mores ac vitia non Romana traiecit quam ebrietas nec minor vino Cleopatrae amor? Haec res illum hostem rei publicae, haec hostibus suis inparem reddidit; haec crudelem fecit, cum capita principum civitatis cenanti referrentur, cum inter apparatissimas epulas luxusque regales ora ac manus proscriptorum recognosceret, cum vino gravis sitiret tamen sanguinem. Intolerabile erat, quod ebrius fiebat, cum haec faceret: quanto intolerabilius, quod haec in ipsa ebrietate faciebat! [26] Fere vinolentiam crudelitas sequitur; vitiatur enim exasperaturque sanitas mentis. Quemadmodum <morosos> difficilesque faciunt diutini morbi et ad minimam rabidos offensionem, ita ebrietates continuae efferant animos; nam cum saepe apud se non sint, consuetudo insaniae durat et vitia vino concepta etiam sine illo valent.

Herculaneus scyphus = Herkulesbecher
(= *Herkules setzte auf der Kentaurenhochzeit einen drei Flaschen fassenden Humpen an und trank ihn aus!*)

condo, -is, -ere, condidi, conditum = hier: (unter der Erde) verbergen = ins Grab bringen

capere = bibere posse

palma, -ae f = Siegespalme beim Wetttrinken

propinationes ... recusare = das Zuprosten zurückweisen (bzw. nicht erwiedern)

superstes toti convivio = das ganze Gelage überstehen

capax vini esse = Wein vertragen

ingenii nobilis = Gen. qual.

M. Antonius: *Der Triumvir ließ sich in Athen als Bacchus feiern!*

M. Antonium ... quae alia res ...:

ordne: quae alia res M. Antonium perdidit ... et ... traiecit

traicio, -is, -ere, -ieci, -iectum in = hier: bringen zu

nec minor vino Cleopatrae amor = und die Liebe zu Kleopatra, die nicht geringer war als die Liebe zum Wein

quod ebrius fiebat = wozu er sich im Rausch verwandelte

fere = in der Regel

diutinus 3 = lange dauernd

effero, -as, -are, -avi, -atum = verwildern lassen

valent = sie wirken weiter

GESUNDE WASSERLEITUNGEN

Blei entkräftet den Menschen

(Vitruv, De architectura 8,6,10-11)

[10] Habent autem tubulorum ductiones ea commoda: Primum in opere, quod, si quod vitium factum fuerit, quilibet id potest reficere. Etiamque multo salubrior est ex tubulis aqua quam per fistulas, quod per plumbum videtur esse ideo vitiosum, quod ex eo cerussa nascitur; haec autem dicitur esse nocens corporibus humanis. Ita quod ex eo procreatur, <si> id est vitiosum, non est dubium, quin ipsum quoque non sit salubre.

[11] Exemplar autem ab artificibus plumbariis possumus accipere, quod palloribus occupatos habent corporis colores. Namque cum fundendo plumbum flatur, vapor ex eo insidens corporis artus et inde exurens eripit ex membris eorum sanguinis virtutes. Itaque minime fistulis plumbeis aqua duci videtur, si volumus eam habere salubrem. Saporemque meliorem ex tubulis esse cotidianus potest indicare victus, quod omnes, et structas cum habeant vasorum argenteorum mensas, tamen propter saporis integritatem fictilibus utuntur.

tubulus, -i m = Wasserleitungsrohr (aus Ton)

ductio, -onis f = Verlegung

commodum, -i n = Vorteil

vitium, -i n = Gebrechen

quilibet = jeder

saluber, -ris, -re = gesund

fistula, -ae f = Wasserleitungsrohr (aus Blei)

vitiosus 3 = schädlich

cerussa, -ae f = Bleiweiß

non est dubium, quin = es besteht kein Zweifel, dass

exemplar, -aris n = *hier*: Bestätigung

artifex plumbarius = Bleiarbeiter

palloribus occupatos habent corporis

colores = sie haben eine blassere

Körperfarbe

fundō, -is, -ere, fudi, fusus = ausgießen

flo, -as, -are = gießen

vapor, -oris m = Dampf

artus, -us m = Gliedmaßen

exuro, -is, -ere, -ussi, -ustum = trocken werden

virtus, -utis f = *hier*: Kraft

minime ... videtur = es scheint keinesfalls günstig

cotidianus victus = alltägliche Lebensgewohnheit

structas ... mensas = mit Silbergefäßen ausgestattete Tischgedecke

fictile, -is n = Tongefäß

Die Medizin im Dienste des Lebens

(Celsus, de medicina 1)

Puto medicinam rationalem esse debere, sed ab evidentibus causis instrui.

Corpora viventium incidere et crudele et supervacuum est.

Corpora mortuorum incidere discentibus necessarium est; nam ii, qui discunt, positum et ordinem interiorum cognoscere debent. Quae cadaver melius quam vivus et Vulneratus homo repraesentat. Itaque necessarium est corpora mortuorum incidere eorumque intestina scrutinari.

rationalis,-e: logisch
evidens,-ntis: klar, einleuchtend
instruo,-ere: unterweisen
incido,-ere,-cisi,-cisum: sezieren
supervacuum: überflüssig
positus,-us m: Lage
interiora: innere Organe
repraesento 1: zeigen
intestina,-orum,n: Eingeweide
scrutinor 1: untersuchen

Die Eigenschaften eines Chirurgen

(Celsus, de medicina 2)

Chirurgus adolescens esse debet aut vir, qui adolescentiae propior est; item debet esse manu strenua ac stabili, quae numquam intremescit, atque non minus sinistra manu quam dextra promptus esse debet. Chirurgus animo sit intrepidus atque misericors, ut aegrotum sanare velit, non ut clamore eius moveatur et magis properet, quam res desiderat. Omnia ita faciat, tamquam nullus affectus ex clamore aegroti oriatur

manu strenua ac stabili: Abl. *qualitatis*
strenuus 3: stark
stabilis,-e: ruhig
intremesco 3: zittern
promptus 3: geschickt
intrepidus 3: unerschrocken
misericors,-rdis: mitleidig
aegrotus,-i: der Kranke
desiderare: hier: erfordern
affectus,-us: Gefühlsbewegung

Die inneren Teile eines Menschen

(Celsus de medicina 3-4)

Morbi omnium interiorum et curationes facilius cognosci possunt, si prius sedes eorum ostendero. Caput et ea, quae in ore sunt, lingua et palato terminantur. In dextra et sinistra parte circa guttur venae magnae sunt, quae sursum procedunt et ultra aures feruntur. In ipsis cervicibus glandulae positaе sunt, quae interdum cum dolore intumescunt. Ibi duo itinera incipiunt: alterum asperam arteriam nominamus, alteram stomachum. Arteriam exteriorem ad pulmonem, stomachum interiorem ad ventriculum ferri perspicuum est. Illa spiritum, hic cibum recepit. Ubi coeunt, in arteria sub ipsis faucibus exigua lingua est, quae cum spiramus, attolitur, cum cibum et potionem assumimus, arteriam claudit.

Ipsa autem arteria cum pulmone commititur. Qui spongiosus est, ut spiritus capax sit. Pulmonem in duas fibras dividi perspicuum est. Huic cor annexum est. Cor in pectore sub sinisteriore mamma situm est, quod duos ventriculos habet. Sub corde atque pulmone transversum ex valida membrana

morbus,-i m: Krankheit
curatio,-onis f: Behandlung
sedes,-is f: Sitz, Lage;
palatum,-i n: Gaumen
termino 1: begrenzen
guttur-uris n: Kehle
vena magna: Schlagader
sursum procedo,-ere: nach oben führen
cervix,icis f (meist Pl.): Hals
glandulae,-arum f: Mandeln
intumescio,-ere: anschwellen
(aspera) arteria: Luftröhre
stomachus,-i: Speiseröhre
exterior,-is: außen liegend
interior,-is: innen liegend
pulmo,-onis f: Lunge
ventriculum,-i: Magen
perspicuus 3: klar
spiritus,-us m: Atem
cibus,-i: Nahrung
fauces: Kehle
exigua lingua: eine kleine Klappe (=der Kehldeckel)
spiro 1: atmen
potio,-onis f: Trank
assumo,-ere: zu sich nehmen
claudio,-ere: schließen
committo,-i: hier: verbunden sein
spongiosus 3: schwammartig (*näml. die Lungenbläschen*)

saeptum est, quod uterum a praecordiis diducit. Saeptum inter iecur et lienem a superiore parte discernit. Iecur a dextra parte sub praecordiis ab saepto oritur et in quattuor fibras dividitur

spiritus capax: aufnahmefähig für den Atem
fibra,ae: Lungenflügel, Lappen
annexus 3: verbunden
mamma,-ae: Brust
ventriculus,-i: Herzkammer
membrana,-ae: Haut, Membran
transversum saeptum: eine querliegende Trennung = Zwerchfell
uterus,-i: Bauchraum.
praecordia,-orum: Brustraum
iecur,iecoris n: Leber
lien,-inis m: Milz

Verhaltensmaßregeln für den Gesunden

(Celsus de medicina 5)

Sanus homo, qui bene valet et suae spontis est, nullis legibus obligare se debet ac neque medico neque iatroalipia egere. Hunc oportet varium genus vitae habere: modo ruri esse debet, modo in urbe, saepius in agro; navigare, venari, quiescere interdum, sed frequentius se exercere. Ignavia corpus hebetat, labor firmat. Illa maturam senectutem, hic longam adulescentiam reddit. Prodest etiam interdum balneo, interdum aquis frigidis uti.

Si quis vero stomacho laborat, legere clare debet et post lectionem ambulare; tum pila et armis aliove genere, quo superior pars movetur, exerceri

Bene valet et suae spontis est: jem. ist bei guten körperlichen und geistigen Kräften

se obligare: sich halten an

latroliptes,-ae m: Masseur

egere 2 egere +Abl.: brauchen

varium genus vitae: eine abwechslungsreiche Lebensweise

se exercere = exerceri: trainieren

ignavia,-ae: Trägheit

hebetato 1: schwächen

maturus 3: zeitig

stomacho laborare: ein Magenproblem haben

legere clare: laut und deutlich lesen

pila: Ballspiel

aliove genere: oder etwas anders

Geartetes

Über die Symptome bevorstehender Erkrankung

(Celsus de medicina 6)

Ante morbum quaedam notae oriuntur. Commune omnium notarum est: corpus se aliter habet. Malum signum est, ubi aliquis contra consuetudinem emacruit et colorem decoremque amisit. Praeter haec timeri debet, si membra graviora sunt; si corpus supra consuetudinem incaluit; si gravior somnus pressit; si somnia tumultuosa fuerunt; si corpus dormientis circa partes aliquas contra consuetudinem insudat, et maxime si circa pectus aut cervices aut crura vel genua vel coxas. Item si salivae plenum os est, si oculi cum dolore vertuntur et spiritus gravior est, si circa frontem venae moventur. Hae notae febrim antecedunt.

notae oriuntur: es zeigen sich Symptome

se aliter habere: sich anders verhalten

emacresco 3,-macrui: abmagern

decor,-ris m: gesundes Aussehen

incalesco e,-calui: heiß werden

somnus,-i: Schlaf

somnium tumultuosum: Alptraum

insudo 1: in Schweiß ausbrechen

pectus,-oris n: Brust

cervix-icis f. (meist Pl.): Hals

crus, cruris n: Unterschenkel

genu,-us n: Knie

coxa,-ae: Hüfte

saliva,-ae: Speichel

antecedo 3,-cessi +Akk.: ankündigen

Über die Epilepsie

(Celsus de medicina 7)

Inter notissimos morbos est etiam is, qui comitialis vel sacer nominatur. Homo subito concidit; ex ore spumae moventur;

Morbus comitialis vel sacer: Epilepsie oder Heilige Krankheit

Concido 3: zusammenfallen

deinde ad se redit, et per se consurgit. Hic morbus longus est. Saepius viros quam feminas occupat. Postquam aegrotus concidit, non excitari debet, quia ille ad se redit.

Die Lehre von den vier Körpersäften

(Isid.) 8

Morbi omnes ex quattuor nascuntur humoribus, id est ex sanguine et felle, melancholia et phlegmate. Sicut autem quattuor sunt elementa, sic et quattuor humores, et unusquisque humor suum elementum imitatur: sanguis aerem, cholera ignem, melancholia terram, phlegma aquam. Et sunt quattuor humores, sicut quattuor elementa, quae conservant corpora nostra.

Über das Herz

De corde ac organis ipsius functioni subministrantibus

Andreas Vesalius, de humani corporis fabrica librorum epitome 4

Organorum, quae insito nobis calori recreando et spiritibus restituendis enutriendisque fabricantur, cor irascibilis animae sedes facile praecipuum censetur, instar nucis pineae anterius ac posterius compressae effigiatum et sua basi sub pectoris ossis medio collocatum suoque mucrone in sinistrum latus impense antrorsum vergens substantiaque constans carnea, sed, quam musculorum est substantia, duriori et triplici fibrarum genere interstincta ac venis arteriisque propriis donata. Dein cor duos sinus seu ventriculos possidet, quorum alter in dextro consistens latere ac rariori tenuiorque cordis substantia obductus cernitur.

Der Puls

(Celsus de medicina III,6,5)

Facile non est scire, quando aeger febricitet, quando melior sit, quando vires deficiant. Maxime enim fidem habemus pulsui, falacissimae rei, quod ille saepe lenior vel celerior est et aetate et sexu et corporum natura. Et interdum satis sano corpore si stomachus infirmissimus est, interdum etiam tum, cum febris incipit, pulsus infirmior est et quiescit, ut ille aegrotus imbecillus putetur. Contra pulsum saepe excitare solet balneum et exercitatio et timor et alius animi affectus adeo, ut, ubi primum medicus venit, cura aegri pulsum moveat. Qua de causa periti medici est non statim apprehendere manu brachium eius, sed primim

Spuma,-ae:Schaum

Humor,-oris m: (Körper-)Saft

Fel, fellis n: Galle

Melancholia,-ae: schwarze Galle

Phlegma,-atis: Speichel, Schleim

Cholera,-ae: Galle

Subministro 1: unterstützen

Calori recreando....: finaler Dativ, um zu....

Fabricantur: deren Funktion darin besteht, zu....

Irrascibilis animae sedes: dadurch, dass es der Sitz der leicht erregbaren Seele ist

Instar....:ähnlich einem vorn und hinten zusammengedrückten Pinienzapfen geformt

Pectoris os: Brustbein

Mucro,-onis m: (Schwert-)Spitze

Impense antrorsum vergens: deutlich nach vorn gewendet

Ordne: duriori, quam....

Interstinctus 3: eingehüllt

Sinus seu ventriculos: Abteilungen oder Kammern

Obductus 3: überzogen

Cernitur: wird (beim Sezieren) beobachtet

febricito 1: fiebern

deficio,-is,-ere,-feci: schwinden

pulsus,-us m: Puls

stomachus,-i: Magen

aegrotus: der Kranke

imbecillus 3: schwach

contra: adverbial

affectus,-us: Gefühlszustand

periti medici est: es ist Sache eines erfahrenen Arztes

ut aeger se habeat: wie es dem Kranken geht

lenio 4: erleichtern

considerare et quaerere, ut aeger se habeat, et eum bonis verbis lenire. Tum demum medicus corpori eius manum admovere debet.

Nächtliche Herzverpflanzung

Apuleius, Metamorphosen I, 11-14

Commodum quieveram cum repente impetu maximo fores aperiuntur, immo vero fractis et evulsis funditus cardinibus prosternuntur; lectus tanta vi subversus me in humum devolutum univertum cooperit ac tegit.

Sic munitus obliquo aspectu prospiciens duas mulieres aetate provectas video, quarum altera lucernam gerebat, spongiam et strictum gladium altera. Socratem dormientem circumsteterunt. Tum ea, quae gladium tenebat, 'Hic est' inquit, soror Panthia, carus meus Socrates, qui non solum mihi maledicit, sed etiam fugere cogitat. At ego scilicet, velut Calypso ab Ulixē deserta, aeternam solitudinem lugebo.

Et porrecta dextera meque Pantiae suae demonstrato, 'At hic' inquit, bonus suasor Aristomenes, qui fugae huius auctor fuit et nunc humi prostratus sub lecto iacet et haec omnia conspicit, impune se laturum putat contumelias, quas mihi imposuit. Faciam, ut eum sero et recentis dicacitatis et praesentis curiositatis paeniteat.

Haec ego ut audivi, membra mea tremore quatiuntur, adeo, ut lectus etiam super me saltaret. At bona Panthia, 'Quin igitur' inquit, soror, hunc primum more Baccharum discerpimus?'

Ad haec altera, quam Meroen esse intellegebam, 'Immo' ait, supersit hic saltem qui miselli huius corpus sepeliat, et capite Socratis in alterum latus demoto per iugulum sinistrum capulo tenus gladium totum ei in corpus infixit sanguinemque erumpentem patera excepit, ita, ut, nulla gutta usquam compareret.

Haec ego meis oculis aspexi. Nam etiam dextra per vulnus illud ad viscera penitus immissa. Meroe bona paulisper scrutata miseri amici mei cor protulit, dum ille stridorem incertum per vulnus edit. Quod vulnus spongia obturans Panthia, 'Heus tu' inquit, spongia, cave in mari nata per fluvium transeas.' His dictis abeunt. Et simul atque limen transierunt, fores ad pristinum statum integrae exoriuntur, cardines ad postes redeunt, claustra in foramina recurrunt.

impetus,-us m: Wucht
fores: Türen
cardo,-inis: Türangel
evello 3: herausreißen
funditus: von Grund auf
prosterno 3: hinschmettern
subverto 3: umwerfen
devolvo 3, -volvi,-volutum: hinunterwerfen
cooperio 4: zudecken
obliquus 3: schief, schräg
aetate provectus 3: in vorgerücktem Alter
lucerna,-ae: Laterne
spongia,-ae: Schwamm
gladium stringere: das Schwert zücken
Socrates,-is: Begleiter des Erzählers Aristomenes, der in derselben Kammer schläft
maledicere (+Dat): beschimpfen
Panthia und **Meroe** sind die beiden Zimmerwirtinnen, die Zauberkräfte besitzen
scilicet: natürlich
lugeo 2: betrauern
porrectus 3: ausgestreckt
suasor,-oris m: Ränkeschmied
humi prostratus: auf den Boden hingestreckt
impune: ungestraft
contumelia,-ae: Beleidigung, Schande
recens,-ntis: neulich
dicacitas,-atis f: freches Gerede
curiositas,-atis f: Neugierde
paenitet me rei (Gen.): etwas tut mir leid
tremor,-is m: Zittern
quatio,-is,-ere: schütteln
salto 1: springen
quin: warum nicht
more Baccharum: nach Art der Bacchantinnen, der rasenden Frauen im Gefolge des Bacchus
discerpo 3: zerreißen
immo: im Gegenteil
superesse: überleben
saltem: wenigstens
misellus,-i: armer Kerl
sepelio 4: begraben
iugulum,-i: Halsgrube beim Schlüsselbein
capulus,-i: Griff
tenus +Akk.: bis
patera,-ae: Schale
gutta,-ae: Tropfen
compareo 2: erscheinen
viscera: Eingeweide
penitus: tief hinein
paulisper: ein wenig
scrutor,-ari: durchforschen, durchwühlen
stridor,-oris m: Pfeifen
obturo 1: verstopfen
nata: hier: entstanden
limen,-minis n: Schwelle
postis -is m: Pfosten
claustrum,-i: Riegel
foramen,-inis n: Öffnung

Über das Gedächtnis

Augustinus, Confessiones X ,8

Transibo ergo et istam (vim) naturae meae, gradibus ascendens ad eum, qui fecit me, et venio in campos et lata praetoria memoriae, ubi sunt thesauri innumerabilium imaginum de cuiuscemodi rebus sensis invectarum. Ibi reconditum est, quidquid etiam cogitamus, vel augendo vel minuendo vel utcumque variando ea, quae sensus attigerit, et si quid aliud commendatum et repositum est, quod nondum absorbit et sepelivit oblivio. Ibi quando sum, posco, ut proferatur, quidquid volo, et quaedam statim prodeunt, quaedam requiruntur diutius et tamquam de abstrusioribus receptaculis eruuntur, quaedam catervatim se proruunt et, dum aliud petitur et quaritur, prosiliunt in medium quasi dicentia: ‚Ne forte nos sumus?‘ Et abigo ea manu cordis a facie recordationis meae, donec enubiletur, quod volo, atque in conspectum prodeat ex abditis. Alia faciliter atque inperturbata serie, sicut poscuntur, suggeruntur, et cedunt praecedentia consequentibus et cedendo conduntur, iterum, cum voluero, processura. Quod totum fit, cum aliquid narro memoriter.

istam (vim) naturae meae: die vorher behandelte sinnliche Wahrnehmung
eum, qui fecit me = Gott
praetorium,-i: Amtswohnung des Statthalters, Palast
thesaurus,-i: Schatz
cuiuscemodi rebus sensis: auf verschiedene Art wahrgenommene Dinge
invectarum: innevor: eindringen
quidquid etiam = etiam quidquid cogitamus
commendo 1: zur Aufbewahrung anvertrauen
oblivio,-onis f: Vergessen
abstrusus 3: verborgen
receptaculum -i : Sammelstelle
eruo 3: ausgraben, ausfindig machen
catervatim: haufenweise
se proruere: hervorstürzen
ne forte nos sumus? : ‚Sind es etwa wir?‘
recordatio,-onis f: Erinnerung
abigo,-ere: vertreiben
enubilo 1: klar machen
suggero 3: herbeischaffen
praecedentia: das Vorhergegangene
processura: um es (bei Bedarf) hervorzuholen
memoriter: nach dem Gedächtnis

Kopfschmerzen

Celsus de medicina I,4

Proximum est, ut de iis dicam, qui partes aliquas corporis imbecillas habent. Cui caput infirmum est, is, si bene concoxit, leniter fricare id mane manibus suis debet; numquam id, si fieri potest, veste velare. Si cui capilli sunt, cottidie pectere, multum ambulare, sed neque sub tecto neque in sole; vitare solis aestum maximeque post cibum et vinum; potius ungui quam lavari, numquam ad flammam ungui. Si in balneum venit, sub veste primum paulum in tepidario sudare, ibi ungui; tum transire in caldarium; ubi sudavit, in solium non descendere, sed multa calida aqua per caput se totum fundere, tum tepidam, deinde frigida diutiusque ea caput quam ceteras partes fundere; deinde id aliquamdiu fricare, postremo detergere et ungere. Capiti nihil aeque prodest atque aqua frigida; itaque is, cui hoc infirmum est, per aestatem id bene largo canali cottidie debet subicere. Huic aegroti modicus cibus necessarius est, quam facile concoquat. Bibere vinum leve quam aquam melius est.

I

imbecillus 3: schwach
concoquo 3: verdauen
frico 1: reiben
pecto 3: kämmen
unguo 3: salben
tepidarium,-i: lauwarmes Bad
sudo 1: schwitzen
caldarium,-i: heißes Bad
solium-i: Badewanne
fundo 3: übergießen (Güsse mit kaltem Wasser machen)
tepidus 3: lauwarm
detergo 3: abwischen
aeque...atque: in gleicher Weise.... wie
canalis,-is m: Wasserrinne
subicio 3: drunterhalten
aegrotus,-i: Kranker

Pestifer: tödlich

Angina

Celsus de medicina IV, 7

Morbus pestifer acutusque in faucibus esse consuevit. Nostri anginam vocant; apud Graecos nomen, prout species est. Interdum enim neque rubor neque tumor ullus apparet, sed corpus aridum est, vix spiritus trahitur. Interdum lingua faucesque cum rubore intumescunt, vox nihil significat, oculi vertuntur, facies pallet, singultus est. Illa communia sunt; aeger non cibum vorare, non potionem potest, spiritus eius intercluditur. Levius est, ubi tumor tantum ruborque est, cetera non sequuntur. Quicquid est, si vires patiuntur, sanguis mittendus est; secundum est ducere alvum. Cucurbitula quoque recte sub mento et circa fauces admoventur, ut id, quod strangulat, evocet. Opus est deinde fomentis humidis. Ergo admovere spongas oportet, quae melius in calidum oleum quam in calidam aquam subinde demittuntur; efficacissimumque est hic quoque salis calidus sucus.

fauces: Kehle, Schlund
prout: je nachdem wie
species,-ei f. Erscheinungsbild
rubor,-oris m: Rötung
tumor,-oris m: Schwellung
aridus 3: ausgetrocknet
spiritum trahere: Atem holen
intumescio 3: anschwellen
vox nihil significat: die Stimme versagt
palleo 2: bleich sein
singultus,-us m: Schluckauf
cibus,-i: Speise
voro 1: schlucken
potio,-onis f: Trank
intercludo 3: absperren
sanguem mittere: zur Ader lassen
alvum ducere: Stuhlgang herbeiführen
cucurbitula,-ae: Schröpfkopf
mentum,-i: Kinn
strangulo 1: würgen
evoco 1:herausholen
opus est +Abl: man braucht
humidum fomentum: feuchter Umschlag, Wickel
spongia,-ae: Schwamm
subinde: von Zeit zu Zeit
demitto 3: eintauchen
oleum,-i: Öl
salis calidus sucus: warme Salzlösung

Verhaltensmaßregeln für Schwächliche (Celsus, de medicina I,2)

At inbecillis, quo in numero magna pars urbanorum omnesque paene cupidi litterarum sunt, observatio maior necessaria est, ut, quod vel corporis vel loci vel studii ratio detrahit, cura restituat. Ex his igitur, qui bene concoxit, mane tuto surget; qui parum, quiescere debet, et si mane surgendi necessitas fuit, redormire; qui non concoxit, ex toto conquiescere ac neque labori se neque exercitationi neque negotiis credere. Qui crudum sine praecordiorum dolore ructat, is ex intervallo aquam frigidam bibere et se nihilo minus continere.

Habitare vero aedificio lucido, perflatum aestivum, hibernum solem habente; cavere meridianum solem, matutinam et vesperinum frigus, itemque auras fluminum atque stagnorum; minime nubilo caelo soli aperienti se committere, ne modo frigus, modo calor moveat; quae res maxime gravedines destillationesque concitat. Magis vero gravibus locis ista servanda sunt, in quibus etiam pestilentiam faciunt.

Scire autem licet integrum corpus esse, quo die mane urina alba, dein rufa est; illud concoquere, hoc concoxisse significat. Ubi experrectus est aliquis, paulum intermittere, deinde, nisi hiemps est, fovere os multa aqua frigida debet. Longis diebus meridiari potius ante cibum; si minus, post eum; per hiemem potissimum totis noctibus conquiescere;

inbecillus 3: schwach
observatio,-onis f: Achtsamkeit
ratio: die in der Beschaffenheit des.....liegende Ursache
concoquo e,-coxi: verdauen
tuto: ohne weiteres
redormio 4: den Schlaf nachholen
ex toto: ganz und gar, überhaupt
conquiesco 3: ruhen
crudus 3: roh
praecordia,-orum: Zwerchfell
ructo 1: aufstoßen
ex intervallo: in gewissen Abständen
se contineo 2: sich ruhig verhalten
lucidus 3: hell
perflatus,-us m: Luftzug
aestivus 3: im Sommer
meridianus sol: Mittagssonne
matutinus 3: morgendlich
vesperinus 3: abendlich
frigus,-oris n: Kälte
aura: hier: Ausdünstung
stagnum,-i: stehendes Gewässer
soli aperienti: wenn die Sonne (die Nebeldecke) öffnet, wieder durchbricht
moveo: hier: einwirken
gravedo,-inis f: Stockschnupfen
destillatio,-onis f: Katarrh
gravibus locis: an ungesunden Orten
servare: beachten
pestilentia,-ae: schwere Krankheit
expergiscor,-sci, experrectus sum: aufwachen
intermitto 3: warten
hiemps=hiems

sin lucubrandum est, non post cibum id facere, sed post concoctionem. Quem interdium vel domestica vel civilia officia tenuerunt, huic tempus aliquod servandum curationi corporis sui est. Prima autem eius curatio exercitatio est, quae semper antecedere cibum debet, in eo, qui minus laboravit et bene concoxit, amplior; in eo, qui fatigatus est et minus concoxit, remissior. Commodum vero exercent clara lectio, arma, pila, cursor, ambulatio, atque haec non utique plana commodior est, siquidem melius ascensus, quoque et descensus cum quadam varietate corpus moveat, nisi tamen id perquam inbecillum est. Melior autem est sub divo quam in porticu, melior, si caput patitur, in sole quam in umbra, melior in umbra, quam paries aut viridia efficiunt, quam quae tecto subest; melior recta quam flexuosa:
 Exercitationis autem plerumque finis esse debet sudor aut certe lassitudo, quae citra fatigationem sit, idque ipsum modo minus, modo magis faciendum est. Ac ne his quidem athletarum exemplo recte sequitur modo unctio, vel in sole vel ad ignem; modo balineum, sed conclavi quam maxime et alto et lucido et spatioso. Ex his vero neutrum semper fieri oportet, saepius alterutrum pro corporis natura. Post haec paulum conquirere opus est.

Ubi ad cibum ventum est, numquam utilis est nimia satietas, saepe inutilis nimia abstinentia: si qua intemperantia subest, tutior est in potione quam in esca. Cibus a salsamentis, holeribus, similibusque rebus melius incipit; tum caro adsumenda est, quae assa optima aut elixa est. Condita omnia duobus causis inutilia sunt, quoniam et plus propter dulcedinem adsumitur, et quod modo par est, tamen aegrius concoquitur. Secunda mensa bono stomacho nihil nocet, in inbelicillo coacescit. Si quis itaque hoc parum valet, palmulas pomaque et similia, melius primo cibo adsumit. Post multas potiones, quae aliquantum sitim excesserunt, nihil edendum est, post satietatem nihil agendum. Ubi expletus est aliquis, facilius concoquit, sui, quicquid adsumpsit, potione aquae frigidae includit, tum paulisper invigilat, deinde bene dormit. Si quis interdium se implevit, post cibum neque frigori neque aestui neque labori se debet committere; neque enim tam facile haec inani coprore quam repleto nocent. Si quibus de causis futura inedia est, labor omnis vitandus est.

fovere os: den Mund ausspülen
longis diebus; d.h. im Sommer
meridari: **Mittagsruhe halten**
lucubror, -ari: bei künstlichem Licht (= in der Nacht) arbeiten
servare: reservieren
curatio corporis: Körperpflege
exercitatio, -onis: Training, sportliche Betätigung
amplior...remissior: umfangreicher....gemäßiger
clara lectio: lautes, deutliches Vorlesen
pila, -ae: Ballspiel
cursor, -us m: Laufen
non utique plana: nicht nur auf ebenem Boden
ascensus....descensus: bergauf....bergab gehen/laufen
nisi tamen: außerdem wenn
perquam: überaus, sehr
sub divo: unter freiem Himmel
paries, -etis m: Wand
viridia: grüne Bäume
recta (ambulatio): in gerader Richtung
flexuosa: mit Krümmungen
sudor, -oris m: Schweiß
lassitudo, -inis f: Ermüdung
fatigatio, -onis f: Erschöpfung
unctio, -onis f: Salbung
balineum, -i: Bad
conclave, -is: Raum
lucidus 3: hell: spatiosus 3: geräumig
alterutrum: gegenseitig
opus est: es ist nötig
satietas, -atis f: Sättigung
abstinentia, -ae: Enthaltbarkeit, Fasten
intemperantia, -ae: Unmäßigkeit
esca, -ae: Essen
salsamentum i: gesalzener Fisch
holus, -eris n: Gemüse
caro, carnis f: Fleisch
assus 3: gekocht
elixus 3: gebraten
condita: eingemachte Speisen
dulcedo, -inis f: Wohlgeschmack
modo par: gerade entsprechend
coacesco 3: Säure erzeugen
palmula, -ae: Dattel
expletus 3: angefüllt
includo 3: einschließen, abschließen
si quibus de causis: wenn aus irgendwelchen Gründen
inedia, -ae: Fasten

William Harvey, De motu cordis et sanguinis circulatione


Contendo in perfectioribus, nimirum et in calidioribus animalibus, iisque adultis (ut in homine), sanguinem de dextro ventriculo cordis per venam arteriosam in pulmones, et inde per arteriam venosam in sinistram auriculam, et subinde in ventriculum cordis sinistrum permeare.

Sanguinis motum circularem eo pacto nominare licet, quo Aristoteles aerem et pluviam circularem superiorum motum aemulari dixit. Terra enim madida a sole calefacta evaporat, vapores sursum elati condensantur, condensati in pluvias rursus descendunt, terram madefaciunt et hoc pacto fiunt hic generationes et similiter tempestatum ac meteorum ortus a solis circulari motu, accessu et recessu.

Sic verisimiliter contingit in corpore, motu sanguinis partes omnes sanguine calidiore, perfecto, vaporoso, spirituoso, (ut ita dicam) alimentativo nutriri, fovieri, vegetari: Contra in partibus sanguinem refrigerari, coagulari et quasi effatum reddi, unde ad principium, videlicet cor; tamquam ad fontem sive ad lares corporis perfectionis recuperandae causa revertitur: ibi calore naturali, potenti, fervido, tanquam vitae thesauro, denuo colliquatur, spiritibus et (ut ita dicam) balsamo praegnans inde rursus dispensatur; et haec omnia a motu et pulsu cordis dependere.

Ita cor principium vitae et sol microcosmi, ut proportionaliter sol cor mundi appellari meretur, cuius virtute et pulsu sanguis movetur, perficitur, vegetatur et a corruptione et grumefactione vindicatur: suumque officium nutriendo, fovendo, vegetando toti corpori praestat lar iste familiaris, fundamentum vitae, auctor omnium.

Hinc cum venae sint viae quaedam et vasa deferentia sanguinem, duplex est genus ipsarum, cava et aorta, non ratione lateris (ut Aristoteles), sed officio; et non (ut vulgo) constitutione (cum in multis animalibus, ut dixi, in tunicae crassitie vena ab arteria non differat), sed munere et usu distincta. Vena et arteria ambae a veteribus venae non immerito dictae sunt (ut Galenus annotavit), eo quod haec, videlicet arteria, vas est deferens sanguinem e corde in habitum corporis, illa sanguinem ab habitu rursus in cor; haec via a corde, ad cor usque illa; illa continet sanguinem crudiore, effatum et nutritioni iam redditum inidoneum, haec coctum, perfectum, alimentarium.



perfectior: höher entwickelt; **calidus**, -a, -um: warmblütig; **adultus**, -a, -um: entwickelt; **ventriculus cordis:** Herzkammer; **vena arteriosa** (= arteria pulmosa: Sie führt venöses Blut); **auricula:** eigtl. „Ohrläppchen“, hier: Teil des linken Vorhofes des Herzens; **motus circularis:** Kreislauf; **eo pacto** = eo modo; **superiora n. Pl.:** die obere Welt; **evaporo 1:** dunsten; **sursum efferris:** emporströmen;

meteora n. Pl.: Himmelserscheinungen; **accessus et recessus:** das Hin- und Herströmen;

contingit = fit (*hier + AcI*); **perfectus**, -a, -um: gut; **vaporosus**, -a, -um: dampfend, warm; **spirituosus**, -a, -um: Leben spendend; **alimentativus**, -a, -um: nährend; **vegeto 1**: beleben; **principium**, -i *n.*: Ausgangsstelle; **videlicet**: das ist; **lar**, *laris m.* (auch *Pl.*): Herd; **colliquari** = liquescere; **spiritus**, *spiritus m.*: Lebenskraft; **praegnans** = plenus; **dispenso 1**: verteilen; **dependere** abhg. von contingit;

grumefactio, -onis *f.*: Verfall;

defero: leiten; **ratione lateris**: hinsichtlich der Seite (an der sie liegen); **tunica**, -ae *f.*: Haut; **crassities** = crassitudo (non in tunicae crassitie: gar nicht); **munus**, -eris *n.*: Bestimmung; **Galenus**: Arzt um 200 (suchte die prakt. Medizin auf Anatomie und Physiologie zu begründen); **habitus corporis**: der ganze Körper; **alimentarius** = alimentativus

Jugend und Alkohol

Aeneas Silvius Piccolomini (1404-1464) stammte aus Siena und war einer der hervorragendsten Humanisten des 15. Jahrhunderts. Als päpstlicher Gesandter nahm er am Konzil von Basel teil (1431-1449) und weilte 1442 am Hof Friedrichs III.. Von diesem wurde er zum Sekretär der Reichskanzlei (in Wiener Neustadt) bestellt. Nachdem er sich als Bischof von Trient bewährt hatte, wurde er 1458 als Pius II. zum Papst gewählt. Für die Erziehung des zehnjährigen Ladislaus, Königs von Böhmen und Ungarn, verfasste er einen „Fürstenspiegel“, aus dem auch folgender Text stammt:

Verum, cum delectatio gustus plerosque non minus in potu quam in cibo detineat, cavendum est tibi, ne vel multi bibulus vel optimi bibulus fias. Omnem, que potest inebriare, portionem vitabis. Sit moderata bibitio, non que mentem gravet, sed que sitim auferat. Multum succi in pueris est; lacte sunt et sanguine pleni raroque sitim sentiunt. Appetitore vini puero nihil turpius est. Usus vini, sicut Valerius ait, Romanis olim feminis ignotus fuit. Quid pueris? Feremusne puerorum bacchari mentes aut vim surgentem ingenii iugulabimus mero? Quamvis Theutonico more nefas sit aquam misceri vino, mihi tamen nulla ratione persuasum fuerit fumosum vinum, nisi aqua castigatum, puerorum mensis apponi debere.

Relatum est mihi ex Bohemis proceribus quendam fuisse, qui liberos ab infantia suos atque ab ipsis incunabulis solius Malvatici aut Rivoli magnis et crebris haustibus assuefaceret. Sic enim aiebat: „Postquam viri fuerint multumque biberint, nullius vini potentia mentem amittent.“ Sic fortasse nutritus fuerat Cyrus iunior, qui, cum Lacedaemonios, ut secum societatem inirent, hortaretur, cor sibi, dicebat, longe gravius esse quam fratri; nam et plus meri quam ille biberet et melius ferret. Stulta et inanis cautio, ne sis aliquando ebrius, semper ebrium esse. Non perdunt, cum maxime bibunt, qui sic nutriti sunt, mentem, sed stultam mentem adherentemque semper ebrietatem continuant. Non ibi memoria est, non vivax ingenium, non bonarum cupido artium, non glorie, non honestatis studium

verum (Adv.) = aber; **gustus**, -us m.: Geschmack; **potus**, -us m. = Trunk, **detineo 2** = festhalten, fesseln; **multi / optimi** (vini); **bibulus**, -i m. + Gen. = einer, der etw. gern trinkt; **que** = quae; **inebrio 1** = betrunken machen; **potio**, -onis f. = Trank; **bibitio**, -onis f. = Trinkverhalten; **gravo 1** = schwer machen; **que** = quae; **suc(c)us** = Saft; **lac**, lactis n. = Milch; **appetitor**, -oris m. + Gen. = einer, der etw. unbedingt möchte (Abl. comp. !); **Valerius** Maximus (1.Jh.n.) = Verfasser einer Exempelsammlung; **bacchor 1** = (im Rausch) toben; **iugulo 1** = umbringen; **merum** = purer Wein; **Theutonicus 3** = deutsch; **nulla ratione** = nullo modo; **mihi persuasum fuerit** (potent.Konj.) = ich könnte davon überzeugt sein; **fumosus 3** = „stark“; **castigo 1** = „entschärfen“; **appono 3** **mensis** + Gen. = jemandem auftischen; **Bohemus 3** = böhmisch; **proceres**, -um m. = Adelige; **infantia** = Kleinkindalter; **incunabula**, -orum n. = Windeln; **Malvaticum / Rivolium** = Weinsorten (Malvasier; Wein aus Rivoli); **haustus**, -us m. = Schluck; **assuefacio 3** = gewöhnen an; **aio** = sagen; **nutrio 4** = ernähren; **Cyrus** = Perserprinz, der um seinen Bruder zu stürzen, griech. Söldner anwarb und in der Folge umkam; **Lacedaemonius** = Spartaner; **ineo societatem** = ein Bündnis eingehen; **merum** = purer Wein; **cautio**, -onis f. = Vorsichtsmaßnahme; **ebrius 3** = betrunken; **nutrio 4** = ernähren;

adh(a)erens, -ntis = „dauerhaft“; **ebrietas**, -atis f. = Trunkenheit; **continuo 1** = fortsetzen, fortsetzen; **vivax**, vivacis = rege, lebhaft; **glorie** = gloriae

Plinius der Ältere über Bier und Wein

Plinius der Ältere (23-79 n.Chr.) ist der Verfasser der *Naturalis Historia*, einer Enzyklopädie des damaligen Wissens in 37 Büchern. Darin kommt er auch mehrfach auf Bier und Wein zu sprechen.

Bier - das Wort leitet sich vom vulgärlateinischen „biber“ (= „Tank“) her - war schon im alten Ägypten und Orient bekannt. Auch Iberer, Kelten und Germanen brauten Bier. Die Griechen kannten es zwar, schätzten es aber nicht sonderlich. Auch die Römer waren keine Biertrinker und verwendeten es nur als eine Art Medizin. Plinius räumt deshalb in seiner *Naturalis Historia* dem Wein ungleich mehr Raum ein:

NH 14, 149

Est et occidentis populis sua ebrietas fruge madida, pluribus modis per Gallias Hispaniasque, nominibus aliis, sed ratione eadem. Hispaniae iam et vetustatem ferre ea genera docuerunt. Aegyptus quoque e fruge sibi potus similes excogitavit, nullaque in parte mundi cessat ebrietas, meros quippe hauriunt tales sucos nec diluendo ut vina mitigant. At, hercules, illic tellus fruges parare videbatur. Heu mira vitiorum sollertia! Inventum est, quem ad modum aquae quoque inebriarent.

NH 22, 164

Ex iisdem (frugibus) fiunt et potus, zythum in Aegypto, caelia et cerea in Hispania, cerevesia et plura genera in Gallia aliisque provinciis, quorum omnium spuma cutem feminarum in facie nutrit. Nam quod ad potum ipsum attinet, praestat ad vini transire mentionem (...).

NH 23, 37

Vino aluntur vires, sanguinis colorque hominum. (...) Quantum illis feritas facit roboris, tantum nobis hic sucus. Lactis potus ossa alit, frugum (potus) nervos, aqua carnem. Ideo minus ruboris est in corporibus illis et minus roboris contraque labores (minus) patientiae. Vino modico nervi iuvantur, copiosiore laeduntur; sic et oculi. Stomachus recreatur et adpetentia ciborum invitatur; tristitia (et) cura hebetatur, urina et algor expellitur, somnus conciliatur. (...) Asclepiades utilitatem vini aequari vix deorum potentia posse pronuntiavit.

occidens, -ntis m. = Osten;
ebrietas, -atis f. = Trunkenheit;
frux, frugis f. = Feldfrucht;
madidus 3 = feucht, eingeweicht;
ratio = modus
vetustatem ferre = haltbar sein (das Alter ertragen); **genus**, -eris n. = Getränkesorte;
frux, frugis f. = Feldfrucht;
potus, -us m. = Getränk, **cesso 1** = fehlen an; **ebrietas**, -atis f. = Trunkenheit;
merus 3 = pur; **quippe** = freilich; **haurio 4** = trinken; **suc(c)us** = Saft; **diluo 3** = verdünnen; **mitigo 1** = mildern; **hercules** = beim Herkules; **frux**, frugis f. = Feldfrucht;
heu = ach; **sollertia** = Geschicklichkeit

inebrio 1 = betrunken machen;

frux, frugis f. = Feldfrucht;
potus, -us m. = Getränk; **zythum** = Bier aus Gerste; **caelia / cerea** = Bier aus Weizen; **cerevesia** = Tischbier; **genus**, -eris n. = Sorte;
spuma = Schaum; **cutis**, -is f. = Haut;
nutrio 4 = ernähren;
potus, -us m. = Getränk; **attineo 2** ad + Akk. = betreffen; **praestat** = es ist besser;
mentio, -onis f. = Erwähnung;

illis = barbaris; **feritas**, -atis f. = wilde Lebensweise; **robur**, -oris n. = Kraft (roboris Gen. zu quantum); **suc(c)us** = Saft (gemeint: Wein); **lac**, lactis n. = Milch;
potus, -us m. = Getränk; **os**, ossis n. = Knochen; **frux**, frugis f. = Feldfrucht;
nervus = Muskel; **caro**, carnis f. = Fleisch;
rubor, -oris m. = Röte; **robur**, -oris n. = Kraft; **patientia** = Duldsamkeit; ; **nervus** = Muskel; **copiosus 3** = reichlich;
stomachus = Magen; **recreor 1** = sich erholen; **adpetentia** = Appetit; **hebetor 1** = hemmen; **urina** = Urin, Harn; **algor**, -oris m. = Kälte; **concilio 1** = erwerben;
Asclepiades (1. Jh.v.), Arzt aus Bithynien, der in Rom tätig war; **aequo 1** = erreichen;
pronuntio 1 = verkünden;

NH 14, 89-91

Non licebat id feminis Romae bibere. invenimus inter exempla Egnati Maetenni uxorem, quod vinum bibisset e dolio, interfectam (esse) fusti a marito, eumque caedis a Romulo absolutum. Fabius Pictor in annalibus suis scripsit matronam, quod loculos, in quibus erant claves cellae vinariae, resignavisset, a suis inedia mori coactam (esse), Cato ideo propinquos feminis osculum dare (iussit), ut scirent, an temetum olerent. Hoc tum nomen vino erat; unde et temulentia appellata (est). Cn. Domitius iudex pronuntiavit mulierem videri plus vini bibisse quam valitudinis causa, viro insciente, et dote multavit. Dique eius rei magna parsimonia fuit. L. Papius imperator adversus Samnites dimicaturus votum fecit, si vicisset, Iovi poculum vini. Denique inter dona sextarios datos (esse) lactis invenimus, nusquam vini. Idem Cato cum in Hispaniam naviga(vi)sset, unde cum triumpho rediit, “Non aliud vinum”, inquit, “bibi quam remiges!” in tantum dissimilis istis, qui etiam convivis alia quam sibimet ipsis ministrant aut procedente mensa subiciunt.

Weinskandal und Patscherei

NH 23, 33f u. 40

Iam vero nec proceres usquam sinceris (vinis utuntur). Eo venere mores, ut nomina modo cellarum veneant, statim in lacibus vindemiae adulterentur. Ergo, hercules, mirum dictu, innocentius iam est, quodcumque et ignobilis. (...) Vinum diutino fumo inveteratum insaluberrimum (est). Mangones ita in apothecis excogitavere (...).

id = vinum ;

Egnatius Maetennius, nicht näher bekannter Römer der Frühzeit;

dolium = Fass; fustis, -is f. = Knüppel;

absolvo 3 + Gen. = freisprechen von;

Fabius Pictor (3.Jh.v.) schrieb als erster eine Geschichte Roms (Annales, in griech. Sprache); loculi, -orum m. = Kästchen;

clavis, -is f. = Schlüssel; cella = Keller;

vinarius 3 = Wein-; resigno 1 = aufspere-

en; inedia = Fasten, Hungern; an = ob;

temetum = Met; oleo 2 + Akk. = riechen

nach; temulentia = Trunkenheit;

pronuntio 1 = verkünden;

quam valetudinis causa = als der

Gesundheit zuträglich sei; insciens =

nesciens; dos, dotis f. = Mitgift; multo 1 =

bestrafen; eius rei = vini; parsimonia =

Sparsamkeit; L. Papius Cursor (4. Jh.v.)

mehrfacher Konsul und Diktator in den

Samnitenkriegen, bekannt für seine

Strenge; dimico 1 = kämpfen; facio

votum = versprechen; poculum = Becher;

sextarius = Krügel (ca. ½ Liter); nusquam

= nirgendwo;

remigex, -igis m. = Ruderer; in tantum =

so sehr; conviva m. = Gast (beim Gelage);

sibimet = sibi; ministro 1 = kredenzen;

procedente mensa = bei fortschreitender

Mahlzeit; subicio 3 = heimlich vorsetzen;

proceres, -um m. = Adelige; sincerus 3 =

unverfälscht; eo (Adv.) = soweit; venere =

venerunt; nomen = namhafte Marke;

modo = eben erst; cella = Keller; veneo =

verkauft werden;

lacus, -us m. = Bottich; vindemia = Wein-

lese; adultero 1 = verfälschen; hercules =

beim Herkules; dictu = zu sagen (Supinum

auf -u); innocens, -ntis = harmlos;

ignobilis, -e = wenig bekannt; diutinus 3

= lange dauernd; fumus = Rauch;

inveteratus 3 = gealtert (durch Räuchern

wurde ein höheres Alter des Weins

vorgetäuscht); insaluber = ungesund;

mango, -onis m. = betrügerischer Händler;

apotheca = Weinlager; excogitavere =

excogitaverunt;